



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXV. B. Bertholinvs. IV. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

bus, quam ignorasse omnia. Anno hujus Seculi 50. die obiisse suum traditur Raginfredus.

#### XXIV. D. HILDEGARVS III. ARCH.

**H**ildebertus ab aliis nominatus, multorum Sacerdotum antesignanus, anno Sedis sue 7. vix finito jam cecidit, occisus a Saxonum turba idolatriæ innutrita. Anno nimirum Salutis 757. Franci Duce Pipino Rege, vel certè Regis loco regnante, in Saxones durissimos moverunt sequentibus Ducem commilitonibus multis.

#### XXV. BERTHOLINVS. IV. ARCH.

**B**ertholinus Annorum 15. Archiepiscopus templis omnino diversis vetustate deformatis decorem restituit, & novis simè extractis addidit: Divi insuper Agilolfi ossa honoravit, & conversione multorum idololatrarum Christianos cœtus insigni augmento exornavit, Pipino genitori, & Carolo filio Francorum Regibus ex ase Catholicis perquam pretiosus. Anno 772, obiisse scribunt.

#### XXVI. RICOLPHVS. V. ARCH.

**R**icholpus, quem multi Richolphum; pauci Reinoldum dixerunt nomine, Archipräfulem sane laudibus dignissimum, qui nempe Colonienses inter per annos 10. eam gregem Domini custodivit cura ac vigilantia, ut ejusdem gesta laudarent omnes maximè à singulari in pauperes munificentia; mortem vero à singulari patientia: occisus enim clam à sicariis sacrilegis in cœlos evolavit, dum cadaver pretiosissimæ animæ domicilium in aquas profundas demersum, in ipsas Divorum Aras elevari est promeritum.

#### XXVII. HILDEBOLDVS. VI. ARCH.

**D.** Hildeboldus Annis 36. Coloniae Antistes Supremus præfuit, ab anno nimirum 782. usque ad annum 818. quo

U. 3  
fat